Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

relinquat. Ecce enim dicitur: similitudo autem uultus eorum facies hominis et facies
leonis a dextris ipsorum quattuor. facies autem bouis a sinistris ipsorum quattuor. et fa
cies aquile desuper ipsorum quattuor. Quod enim quattuor hec pennata
animalia sanctos quattuor euangelistas designent. ipsa uniuscuiusque libri
euangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cepit iu
re per hominem matheus. quia per clamorem in deserto. recte per leonem marcus.
quia a sacrificio exorsus est. bene per uitulum lucas. quia uero a diuinitate
uerbi cepit. digne per aquilam significatur iohannes qui dicit. In principio erat
uerbum. et uerbum erat apud deum. et deus erat uerbum. Dum in ipsa diui
nitatis substantiam intendit. quasi more aquile oculos in sole fixit.
Sed quia omnes electi membra sunt redemptoris nostri. ipse autem redemptor noster
caput est omnium electorum. per hoc quod membra eius figurata sunt nihil obstat.
si etiam in his omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus dei filius ueraciter
factus est homo. ipse in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori ut
uitulus. ipse per uirtutem sue fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiam
apertis oculis dormire perhibetur. quia in ipsa morte in qua redemptor noster
ex humanitate potuit dormire. ex diuinitate sua immortalis
permanendo uigilauit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascen
dens ad celos. in superioribus est eleuatus ut aquila. Totum ergo simul nobis
est. qui et nascendo homo. et moriendo uitulus. et resurgendo leo. et
ad celos ascendendo factus est aquila. Sed quia per hec animalia euangelistas
quattuor. et per eorum speciem simul perfectos omnes iam superius significari diximus.
restat ut quomodo unusquisque electorum istis animalium uisionibus exprimitur osten
damus. Omnis et enim electus atque in uia dei perfectus. et homo. et
uitulus. et leo. simul et aquila est. Homo enim rationale est animal.
uitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo uero fortis bestia est sicut scriptum
est. leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. aquila ad sub
limia euolat. et inreuerberatis oculis solis radiis intendit. Omnis
itaque qui in ratione perfectus est. homo est. et quia semetipsum ab huius mun
di uoluptate mortificat uitulus. Quia uero ipsa sua sponta
nea mortificatione contra aduersa omnia fortitudinem securitatis
habet unde scriptum est. iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. leo
est. quia sublimiter contemplatur ea que celestia atque eterna sunt. aquila est. Igitur